Nuptiis Auspicatissimis
VIRI
Nobilissimi Amplissimi atque Experientissimi
DOMINI
GEORGII PETRI
Schultzen/
Phil. & Medicinæ Doct. ac Illustr. Gymn. Thorun. Professoris
meritissimi
Cum
Lectissima & sexus sui virtutibus ornatissima
Femina
REGINA Nat. HEMELINGIA
Vidua relicta
Spectabili ac Prudentissimi Viri
DN. GEORGII Mennichen/
Judicii Regæi Civitatis Thorunensis Palæopolitanæ Assess. Dignissimi
Anno M.DCCXIV. die XVI. Januarii celebratis,
Votiva acclamatione applaudebant
Secundani.

MAGNE VIR & nostri clarissima gloria Pindi,
Cui sanctas artes docta Minerva dedit;
Queis tu Pierias indoctos ducis ad undas
Et mentes solida perficis arte rudes.
TV mentes nostras liberas caligine tristes,
Ad lucem mediis his revocare studes.
Jejunum facili carmen quæso, aspice vult n
Uberius nulli procreat ista seges.
Nostrum non jactat coluisse Helicona vel ullus
Musarumque choris implicuisse manus.
Ergo leves tantum, quos fundimus, accipe plausus,
Certus, quod vero pectore vota fluant.
Dum TIBI consilium texenti incendere tædas
Prodit in amplexus NUPTA venusta tuos.
Prospera quisque canit, lætus, tua vota secunda,
Queis dotata tuo Sponsa parata thoro.
Gratia diaveniat blandissima tædis,
Sit Tuus ut concors, sic benedictus amor!
Hic maneat gratus, permultos duret in annos,
Sint procul a vestro tristia cuncta thoro.

Impressit Joann. Nicolai, NOBIL. SENATUS & GYMNASII Typographus.